

## EPISTOLA XIV.

**S** Clariff. & amiciffime D. Doctor, fero mihi posteriores tuæ literæ redditæ sunt, ad quas paucis respondebo. Non est e re, ut vestri homines his mensibus hybernis suos liberos huc mittant. Nam ut ex proximis meis literis te intellexiffe judico, pestis apud nos semina sunt. Terrorem autem multis incussit obitus, Caspari a Rhumrodt, Franci: & fratris mei Sim. Grynæi. (a) Etsi autem multi nobiles & alii discesserunt, Tigurum alii Friburgum Brisgoiæ; ac si malum apud nos remittat, redituri sunt plerique; tamen, quia τὸ μέλλον ἀδηλον est: præstat eos alibi subsistere. Hoc autem meo nomine Magnifico illi Viro, D. Geudero, (b) meis verbis pollicebere, Me, si sim superstes, & quod speramus, nullum sit a peste periculum eadem quæ olim tibi, officia præstiturum

---

Baumgartner, Joh. Jac. Haller, D. Joh. Herold & Joachim König, Syndicus, delegati erant. Quæ de re vide *Klausium de optima temporum emendatione* p. 32. seqq. & *Historische Nachricht von dem Ursprung und Wachsthum der H. freyen Reichs Stadt Nürnberg.* p. 492.

(a) vide quæ præcedenti epistola nota c de eo dicta sunt.

(b) Antonio, de quo in seq. Ep. pluribus agit. Post obitum